 miraculo stupendo obseruantur.

Arteria aspera

Arteria aspera, spiritalis fistula
 & anima canalis, positus est ductus an-
 te gulam, supra quam per collum ad
 pulmones vsq; pertingit, in quos ra-
 mificando absimitur. & tunicis du-
 abus vestitur, quorū exterior à pleu-
 ra, interior ab ea qua ori œsophago et
 uentriculo cōmunis, est, fibras rectas
 & pinguedinis plurimum continens.

Divisio ar-
 teriæ asperæ

Tota autē cartilaginea est, & in ca-
 put ac fistulam paritur. Caput larynx
 est, cui duæ adherent glandule &
 quatuor clauditur cartilaginibus,
 de quibus inferius. Fistula seu lingua
 ille arteria trames, bronchus dicitur
 anteriore & later alibus partibus ex
 sigmoideis cartilaginib; seu semicir-
 cularibus annulis in cicuta modum
 compactis, & ligamento carnosio ne-
 xis constat, qui annuli posterius à ter-
 go vertebrae versus super gule decur-
 sum in membranam desinunt, cuius
 beneficio etiam carum oribus & cir-
 culus perficitur. Finditur autem hæc
 fistula ad jugulum in duos ramos, qui
 in pulmones feruntur, quos si ingre-
 diuntur, mox in alios duos subdividun-
 tur, quo singulis pulmonum lobis et i-

Ramorū ar-
 asp. distribu-
 tio per pul-
 mones

B
 à singuli cedant rami, in quibus, in-
 finitis intra arteriā venosam & ve-
 nam arteriosam disperguntur surcu-
 lis, inuicem osculis unitis.

Pulmo

Pulmo respirationis officina et an-
 helitus artifex, in thoracis cavitare q̄
 aëre plenus fermè implei situs, ungule
 bubula more, cuius formam gerit, bi-
 fidus, & à mediastino, quo anteriùs
 sterno, posterius vertebrae necitur,
 suspensus, & in dextrum sinistrumq;
 quorū uterq; adhuc in lobos duos su-
 periores inferioresq; ejusdem ferè
 magnitudinis diuiditur, diremptus,
 substantia est laxa rara spongiosa &
 mollis, conuolutus, membrana tenui
 & porosa à pleura orta, fibrosis nexi-
 b; plurimis posterius iuxta vertebrae
 ad latera haerens. Hujus est substantia
 in foetu corde adhuc immobili ex-
 istente, crassa densa rubea & qua hep-
 atis parenchymate similis; tamè u-
 bi, commouere cepit, illi statim rari-
 tas quadam & spongijs assimilis mol-
 litudo colorq; ex pallido flauescēs ob-
 tingere incipit, cuius vasa etiam ut
 in Hepate caro seu parenchyma cir-
 cumducit.

Thymus

Vasa vena arterie et nerui tho-
 racis que sint superius diximus. Ve-
 rum ad istorum circiter jugulum di-
 visionem Thymus, cuius substantia
 merè est glandulosa mollis spongiosa
 rara & albicans, Germanis lac vo-
 cutata, vasorumq; prærenibus ramu-
 lis conspersa, sterno ad securiorem va-
 sorum ductū & progressum subjectus,
 locatur, & substernitur.

F

Oeso-

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

C

Oesophag⁹

Oesophagus gula seu cibalis fistula nervosa est substantia & tunica triplici, prima exteriori à vertebrarū ligamenti orta, 2 carnosā transversis plurimum fibris contexta, & 3 interiori membranēa rectis fibris permixta, ori labijs & c. communi praedita, oblonga, rotunda, cuius summum, faucibus ac lingua ubi consilla salua praegnantē sunt, annexum, at infimum ori ventriculi sinistro continuum. Gula haec ad laryngem ac suum principium sub aspera arteria p. cervicis interiora, pulmonis posteriora & diaphragma descendit, rectā quidem ad quintam thoracis vertebram usq., ad quam & aspera dividitur arteria & ipsi gula glandosa apponuntur corpora satis magna, abhinc vero modicē dextrorsum se erigit: tamen mox sub cana vena versus sinistrum reflexa, superascēsa aorta modo septum perforat, & ad os ventriculi cui concretum finit.

Quomodo
ventres in-
vicē distin-
guantur

Ut autem diaphragma inferum ventrem, cui culina corporis abdita, transversim à medio ventre, officina vite, dispescit; ita ab hoc medio, collum, ventrem superum, animae do-

D

micilium, distinguit, qui omnes ut & artus, ossibus musculisq. coherentes, vasis participant. Per diaphragma enim rotundū, obliquē situatum, superius pleura inferius peritoneo succinctum, circa finem seu circumferentiam crati adulterinarū costarum multa carnis fibris striata pariceps, affirmatum, intra se merē nervosum tres maximi traiciunt canales, siquidem & insignia eius sunt, forāma à dextris pro vena caua, ac à sinistris p. gula cuius lateribus nervorū plurimi rami adherent. ascensu, & fissura una ad vertebrae, ubi propendula ligamenta seu carnosae duae portiones per quam arterie magna caudex & azigos vena extremū descendit. Per collum mediam intra caput & thoracem partem ex cute musculis & vertebrae medullam cervicalem continentib⁹ conflata, vena jugulares & carotides arterie scandunt, & sexti paris nervus cum sua sobole recurrentibus scilicet ad latera locatis detruditur; hacq. via & ratione ventres singuli ex scrutiniū principalioris visceris sisco generosiores gazas communicant, & quantum possibile in vicē mi-30 tranquilla pace fruuntur.

Diaphrag-
ma

Colluna

Historia de Partibus Dissimilaribus in Ventre supremo conclusis.

Caput

SUPREMVVS seu venter tertius Caput est, orbi similis et collo insitens pars, quae posterius pilosa est, & anteriori faciem habet. Concluditur autem i cuticula, cute, pin-

guedine, panniculo carnosō, & muscularum tunica, 2 Pericranio, perostio, & duabus meningibus, 3 Ossib⁹ de quibus dictum, & dicendū adhuc de partibus eius dissimilaribus, tam

gue-

ca-

A
capillata quam glabra capitis parte
inveniendis, perlustrandisq.

Cerebrum

Cerebrum Animalis facultatis
sedes, viscerum ut excelssimum, ita
frigidissimum caluaria cuius interi-
oris superficiej formam gerit, cauita-
tem ferè implet. Unde Hominis cere-
brum, quatuor, quandoq, quinq, li-
brans pondera, maximum, quod p-
pter velaminum matrum seu menin-
gium proceſſus, vno falci sc: simili in
dextrum & sinistrum xatà μῆκος
altero xatà πλάτος in anticum
& posticum dirimitur: ita tamen ut
inferior superficies seu basis cerebri
continua & integra permaneat. Sub-
stantia ejus alba mollis & humida,
parenchymatis singularis, extrinse-
cus varios intestinorum more g yra-
tos seu orbiculares anfractus format, 2
jntrinfecus vero medulle est cōtinua
plurimis visum effugientib⁹ venarū
arteriarumq, ramulis, quod sangui-
nea gutta, si dissecetur, compressione
promanantes satis testantur, conspex-
sa, in qua corpus callosum, ventricu-
li quatuor, peluis, glandula pituitaria
rete mirabile, testudo, conarium ce-
rebellum, vermiformes proceſſus, &
medulla videntur. Cerebrum itaq,
si pro-ut à sinu primo dividitur, inla-
tera torquetur, corpus inferius terſo
candore lucidum apparet statim cal-
losum duriusculum, cui speculum seu
septum translucens, ejusdem cum ce-
rebro substantiæ subjacet, q, anror-
sum porrectum, ventriculos antero-
res lateribus internis distinguit. Ma-

Quid in ce-
rebro vide-
ri possit

Corpus cal-
losum

B

ximi autem & ample cauitatis ven-
triculi anteriores sunt, obliqui aſra-
ctuoſi semiorundi & tenui membra-
nula intecti, animalis spiritus erga-
sterium, & conceptaculum, quorum
substantiæ venule tenues à vasis ple-
xus choroydei ori a, cōnascuntur. In-
fra callosum corpus Testudo est forni-
cis seu camera in modū arcuata, du-
ra & candida substantia, figura tri-
angularis, foris gibba, intus caua, sub
qua plexus intricatus secundariū seu
foetus involucri amulus, ex venis ar-
teriyſq, membranula connexis con-
stans, in interiora tertij vetriculi fer-
tur. Testudo itaq, seu fornix hac si au-
feratur, tum modo tertius ex toto vi-
detur ventriculus, rima exigua per-
uius, qui quasi lacuna est, in qua an-
teriores ventres dehiscent, & gemi-
nos ductus habet, biforisq, existit; an-
terior quidem meatus ductus seu ca-
uitas satis profunda, ex pia matre in-
stat jnsundibuli initio aplo at sensim
angustato, vnde & peluis dicitur fo-
ramine formata, ad glandulam car-
ne porosa bibula & illuviej e-ccipien-
de peridonea præditam, pituitariam
meningibus involutam, et sphœnoidis
ossis sellæ, ad cuius latera arteriarū
carotidum artificiosa structura, rete
mirabile dicta, conspicitur, insiden-
tem abijt posterior verò meatus in 4
ventriculum porrigitur, vbi conari-
um seu pinealis glandula duriuscula
sublutea, paulo posterius fornici ap-
posita, abscondita est, infra quam 4
tubera, pomorum specie protuberan-

Ventriculi
anteriores 2

Testudo seu
fornix

Tertius ven-
triculus

Rete mira-
bile

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

<p>Ventriculus quartus</p>	<p>Cerebelli</p>	<p>Medulla</p>	<p>C tia, rotunda locatur, quibus limbis è caloso corpore formatus accumbit, falem sulculo seu linea invicem di- fereta, qua corpora testes et nates vo- cata, canalem è tertio in ventriculū quartum quem cum cerebri medulla constituunt, efficiunt. Quartus au- tem ventriculus à principio ut spiri- tum influxus liberalior sit, satis est amplius et in medulla sensim coarcta- tus tandē ad cerebelli p̄cipitiū instar calami scriptoriū mucronatus visitur iuxta quam regionem medulla cere- bello continua est, q̄ cerebellum pō- sterius ponitur & à cerebro interce- dente dura matre ad secundum & 3 finem distinguitur.</p> <p>Cerebellū elatiore superficie non gyris & semicirculis sed versibus & oblongis lineis striatum, quod ejusdē cum cerebro est substantia & proces- sus continet, vermibus in lignis cre- scenibus similes, quorū superior mi- nor, ciceris magnitudine natibus ad- jacet & tertij ventriculi meatum ap- tum retinet, cauitatemq̄ cisterne in- greditur; inferior major medulle in- cumbit, quartū ventriculū ne com- primatur custodiens. Ab hoc cerebro & cerebello medulla prodit, qua qua- si oblongatum est cerebrum, & intra caluariam spinęq̄ vertebrae ad ossis sacri extremum descendit, & neruo- rum origo existit, cujus substantia q̄ cerebri durior, mēbranis trib⁹ recta, quarum extrema à valido, quod an- teriores vertebrarum partes colligat ligamento est, semper humore madi- da</p>	<p>D da, reliqua verò à meningibus. Hec medulla interius tenui meninge bi- partio (sicuti in asa & elixa depre- henditur) ut utriusq̄ via relinquatur dividitur, & ad sextam thoracis ver- tebrā in multos finiculos resoluitur, semper hinc inde filamentis suis jun- ctis nervos spargens. Et talia capitis parte capillis ex ultima concoctionis excrementis, ac materia p̄ductis de- corata continentur, nunc in parte ca- pitis glabra, qua facies est, apparent, aures, frons oculi nasus os dentes lin- gua larynx. Aures, ad quorum radi- cem parotidę glandula cerebri emū- ctoria, forma anfractuosa & vanni, que exterius ex molli quasi cartila- gine cute tenui obducta, et petroso seu lapidoso ose interius constant, de externis, vasis sō: musculis & super- ficie & c; superius jam de internis. In petroso ose quatuor sese offerūt antra quorum i auditorius est meatus, qui oblique sursum latus, ad myringam abit, qua membrana à perostio & non nervo nata est tenuissima, orbi- cularis, sicca pellucida, nervosa tamē & fortis, qua tria affabrē per arthro- diam devincta minima auditus ossi- cula, similitudinis ergo, malleus in- cus & stapes appellata, mutuo carti- lagine interocedere colligata, sibi qua- si innata sustinet, ac oblique secundū antrum tanq̄ septum prætendit, & à primo distinguit. Antrum 2 peluis est qua aërem à primo ortu ingeneratū immobilem continet, in cujus caui- tate in qua myringa & malleoli capi-</p>	<p>Parto: facie</p> <p>Aurie</p> <p>Antra 4 au- rium</p>
-----------------------------------	-------------------------	-----------------------	--	---	---

A
 ri, chorda filum vel potius musculus
 adhaerescit, quasi fenestrata. 2 duct^o
 aduersum spectantes, vnus ouata spe-
 cie sursum, alter exiguus & cartila-
 ginens deorsum retrusus & abditus,
 in palatum lat^o sunt, cui substantia
 etiam durior circumponitur. An-
 trum 3 sodinarum antris simile, La-
 byrinthus dicitur, ob varios cunicu-
 los, qui vt sonus acutus exquisitiorq¹
 reddatur, ob ossis petrosi breuitatem
 retorqueri debere excipit, quod an-
 trum 4 buccinosum, caeca & cochle-
 aris cavitatis vel cochlea dictum, seq-
 uitur, quae antra, auditorius neru^o ad
 os petrosam quod cancellaris cauer-
 nulis atq³ recessibus plenum, ingress^o
 sublinat & peruadit.

Frons
 Frons depilis sub sincipite est, po-
 tens tendi & corrugari, satis lata &
 plana ad supercilia hirsuta usq³, pro-
 tensus cui oculi subsunt, cauae orbita
 conclusi, intecti palpebris, singuli im-
 mobili inferiore & mobili superiore,
 mollissimis, in extremis tarsis cilijs
 seu pilis decoratis, vtrinq³, angulum
 efficientibus, in quoru^o interno ad na-
 res lachrymalis caruncula & forame^o
 per quod excrementa oculi ad nasum
 stillant & defluunt. Ipse vero Ocu-
 lus rotundus copioso lubricosq³, adipe
 intermixtos musculos, neruum opti-
 cum vagine in modum induetes sex,
 & plures venulas a jugularib^o ac ar-
 ter. as a carotidibus habet, at nervos
 accipit duos, opticum vnum centro
 ejus implantatum, motorium alteru^o
 varie diffusum, & membranis hu-

B
 moribusq³ constat. Membrane seu
 tunicae sunt 1 adnata extrema alba te-
 nuis fortis orbita oculu^o, ne exorbitet, Membrane
 necdens, 2 anonyms, quae a nervosis oculi
 exilitatibus, muscutorum tedinibus
 ad iudem q³ circulus est intrinsecus
 varijs coloribus distinctus, oritur, 3
 cornea a dura matre orta, totius ocu-
 li tegumentum, anterius instar in la-
 minas secti cornu pellucens, posterius
 opaca, 4 Uvea acinum vinaceu^o ex-
 primens, a pia matre effecta, cornea
 opaca parti subrensa, quae ad princi-
 pium iridis reduplicata, pupillam fer-
 mat, 4 retina ex fusa & dilatata ner-
 ui optici substantia, varijs coloribus pi-
 eta, mollissima, posterius mucoris in-
 star uuae adhaerescens, et ulterius ille
 qua quaeq³ humorem integunt. Hu-
 mores sunt 1 aqueus mollissimus ma-
 ximusq³, anterius sub diaphana cor-
 nea parte situs plus dimidio implens
 orbem, innominata tunica conuolu-
 tus, 2 chrySTALLINUS, grandinem gla-
 ciam seu chrySTALLUM imitans, mini-
 mus, durissimus, oculi centrum velu-
 ti anima ejus occupans, aranea tuni-
 ca splendente, ceparum pelliculis si-
 millima, intectus, circa quam liga-
 mentum, cuius stria recta nigra per
 circulum ducta palpebraru^o pilos re-
 ferunt, ciliare, araneam & uueam
 tunicam jungens, existit, 3 tandem
 media & magnitudinis & duritiei
 vitreus est, posterius locatus, et tuni-
 ca vitrea clausus, cui chrySTALLINUS
 humor, qui aqueo depresso parte
 etiam, parte subrotunda insidet.

Oculi h^oso-
 res

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

Nasus

C

Nasus in medio faciei protuberans, olfactus propugnaculum est, à septo in nares qua constringuntur dilatanturq; bipartitus, & ex ossibus constat, quorum superioribus cartilaginea tres apponuntur, quarum dua alas, tertia septum cartilagineum facit. In naso vasa reptitia à jugularibus, carotidibus, & tertio nervorū pari videntur, atq; illius succingens tunica à dura matre orta, & ori lingua & c. communis, exquisito pollet sensu. Os labia formant, duo carnea permobilis & indigesta molis, quorū rubentes ex sanguine partes p̄stomia sunt. Mouentur autem ut inferior maxilla, temporum ossi valido ligamento combinata, musculus. Maxillis Dentes 32 qui edito modo infante temporis progressu perficiuntur, at sta-²mina in utero jecere, inherent. Maxilla vero alveolis suis substantiam supernè osseam, infernè mucosam magis, & folliculo albo tenaci & secundū dentis perfectionem mucido membrana nesciente, inxta q; ejus extra gingivā eruptionem parum perforato obuolutam continent, qua duplici aut triplīci serie distincta, in causa est, ut una vice aut duabus deperditis dentibus, 3^o alij succedant, quib; tenuioribus albicans succus tandem ossescens inest. Obvolvuntur dentes membranula exactissimi sensus, ad q̄ quia attritu defluxum resarciri, natus calor cōseruari, & inconuenientia sentiri necessum, vasa mittuntur, & ad maxillarū latera Gingivis dura & im-

Os cum labijs

Dentes

D

mobili carne preditis obvallatur, & sic oris cavitatem claudunt. In cavitare hac superius Palatum est, osseum carnosam tunicam investitum, concavū duobus foraminib; per qua à quarto pari nervi descendunt, preditum, ad cuius sinem ex ejus reduplicata tunica, Uuula, particula oblonga & rotunda dependet, inxta quam ex naribus ad os meatus duo, at infra eam Fauces existunt.

Palatum

Fauces

In his faucibus œsophagi principium est, cui ad latera amygdale seu tonsillae, vel glandulae fungosae magna satis, madore & salina, qua linguam os & subditas partes prolunt & humectant, pręgnantes, apponuntur, & Caput laryngis, cartilaginibus 4 cōstans, præest. Cartilaginū 1 scutiformis est, pomum Adami dicta, tangentibus nobis obvia, intus caua, gibba foris & ptuberans, linea quasi partita, & processibus binis superius inferiorisq; donata, 2 Annularis, Turcico annulo assimilata, laryngē ambiens & apertam reservans, nec non posterius ab œsophago distinguens, 3 Guttalis est, cuius duo processus superius olle os, inferius rimulam lingulam dictam format. Cartilagineas has membrana & obvolvit & colligat, qua vtrinq; sinus efficit, quibus 4 cartilago Epiglottis ac operculum superimponitur, mollioris substantia, hader a folij forma, qua cum semper erecta, tamen in epulando alimentorum pondere ut fistula rimulam claudat, efficitur, at non tam arctè quin quiddā illa-

Laryngis caput

A
 illabatur, quod si portio potius est, tñ
 illa in sinubus alterata per arteriam
 lubricā, aëris elationi viam reddentē,
 descendit, si verò de cibo eò quid
 deerratum fuerit, tum quia crassitie
 meantis illac spiritus reciprocationi
 obstat, natura tussi fortissima rursum
 eructat. Huic laryngis capiti, os bifur-
 catum seu hyoides fauces fermè cir-
 cumscribens, & linguam ad radicē
 fulciens, preponitur.

Os hyoides

Lingua

Est autem lingua vocis et gustus
 instrumentum, anguilla modo volu-
 bilis, ac qua in orbem circumagi cō-
 stringi dilatari, ptendi eleuari depri-
 mi extēdi & ad latera torqueri potis
 est, substantia quidem molli laxa fun-
 gosa & carnea, at non fibrosa, in oris
 cavitatis medio, palato subjacens si-
 ta, ad radicem lata & crassa, ad den-
 tes verò à qb^o duplici septo vallatur,
 tenuior acutiorq; validissimo liga-
 mento Oris basi nexa, cui quandoq;
 funiculus in infantibus solvendus, fre-
 nulum lingua dict^o, adnascitur. Va-
 sa

Quid adhuc
 restet

PARTIBVS singulis expli-
 catis, quomodo sustententur &
 qua conjunctim munia exequantur,
 nunc stylo simplici brevissq; perstrin-
 gemus. Nam hanc si non adderemus
 historiam, mortuum & non anima-
 tum Corpus nos exposuissemus; itaq;
 ne quid desit, & eam paucis recense-
 bimus, ac qua, quod in homine com-

fri

B
 sa lingua multa sunt, comprimis con-
 spicua sub ea vena duae, Rāina appel-
 lata, ab externis jugularibus & arte-
 ria à carotidibus; nervi verò per tu-
 nicam eius qua obvelatur contexun-
 tur, tam molliores à tertio & quarto
 pari, quam duriores à septimo, à qb^o
 ut celerius moveatur, adipiscitur.
 Hac etsi musculo similis sit, plurimi-
 tamen alij in eam desinunt. Alia in
 hac admiranda lingua haud satis de-
 scribemus; quare eam sermonis &
 eloquētia ministram, ut & Deum ce-
 lebrei & homines pia doceat, Crea-
 toris gratia affulgente, thesaurū lin-
 gua maximum misericordis Dei do-
 num laudando, regemus & coherce-
 bimus.

Artuum historia & enarratio
 restaret; Verum cum, ea que inte-
 gunt istos, ac Cuticula cutis & c: mu-
 sculos, vasa, ossa, & sic omnia ex q-
 bus componuntur, superius recensui-
 mus: ideo labori hic super sedebimus,
 ad ea que pmissimus nos accingentes,

Mirabilia
 linguae edi-
 ci nequeunt

Artuū par-
 tes in superi-
 oribus enar-
 rantur

Historia de Partium Hominis vnitarum, Animæ
 domicilium existentium, regimine.

primis observandum venit, clarissi-
 me preponit & explicat.

Sicuti autem alias Corpus na-
 turale Materia & Forma, ac prin-
 cipijs constat; ita & Homo ysdem cō-
 flatur. Nam elementa alterata, &
 quia miscibilia sunt corpora vnita,
 Materiam; Formam verò Anima
 facultatib; ac principibus actionum

can-

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

C
 causis instructa, præbent, quæ duo ar-
 etissime spiritibus inuicem iungi pa-
 tet. Et quantũ de formali principio ho-
 minis, substantia enim rerum imper-
 ceptibiles (Anima) exacte loqui ne-
 queamus; tamen de materiali (cor-
 pore animato) discretas, illud etiã
 à posteriori cognoscimus, et hac rati-
 one per transennam inexplicabilem
 Dei sapientiam mirando in anima
 obstupescimus. Nam Deus de terra
 creauit hominem & secundum ima-
 ginem suam fecit illum, et à principio
 creatura masculum & feminam fe-
 cit illum. Unde cũ immenso hoc Opi-
 fice, ut Homo incrementum sumat,
 suam speciem indeficientem seruet, &
 ad legitimum vitæ terminum aspi-
 ret, placuerit, ambos sanitas qua &
 diã. *ἡσίωνησιν ἀφ' ὅσιν ἐπερὶ τὰς πο-
 ῆλικὴ ἐστὶν, & in iusta temperieci, conc-
 ciana compositionis, & debita unita-
 tis partibus, ac subiecto viget, dona-
 uit. Verum quæ sanitatis potentia non
 in essentiali corporis, quæ ipsius ani-
 me semper vnius eiusdemq; & inua-
 riate, sed accidentalī, quæ acciden-
 tium disposi. io est, stasi consistit; ideo
 pro accidentium horum varietate,
 ac quæ mutantur κατὰ τὸ μᾶλλον κ̄
 ἤττον & ἐν πλάτει plerunq; sunt, fir-
 ma substantialis diuersimode etiam
 operatur, hominem nunc melius nunc
 pejus agentem, nunc sanius nunc mor-
 bidius viuentem, imo tandem mori-
 entem efficiens.*

Dependet autem sanitas hæc à
 primo ortu. Unde statim in genera-
 tione

D
 tiõe varia similaria corpora, ex prin-
 cipiorum (seminis & sanguinis) mix-
 tione ad vnius naturæ, dissimilaria
 ex similarium coherentiã, ad vnius
 organi constitutiõem sub vna formã
 coalescunt, & unitate requisita vin-
 ciuntur; In specie verò sane sunt, si
 dissimilares in similarium debito ad
 actionis exercitium in vnã formã
 nexu & compositione, quæ conveni-
 ente situ, apta superficij meatuum et
 figura confirmatiõne, iusta magnitu-
 dine & decente instrumentorum tã
 actionem promouentium & perfici-
 entium, quã cõmodiorem reddend-
 tium & eam conseruantium nume-
 ro subsistunt, & illis similarium gene-
 rosa sanitas acceperit, q̄ temperieci le-
 gitime splendore & qualitatum no-
 biliorũ & primarũ laudatur. Tem-
 peries ista ceu dõina quatenus ex ele-
 mentis mixtum corp̄ est, è iusta pri-
 marũ qualitatum inter se nõ ad pon-
 dus & simpliciter sed secundum quid
 & ad iusticiã, ac quæ cuiusvis partis
 natura accommoda, mixtarum, re-
 sultat, quatenus verò viuic, multo no-
 bilior existit, calor sc̄i: cum humidi-
 tate ab origine singulis partibus infi-
 citus, quem a publicis facultatibus offi-
 cinis influens cõseruat. Na τὸ ζῶον ἐ-
 ναι ὑγρὸν κ̄ θερμὸν κ̄ τὸ ζῆν τοὺς ἰοῦ.
 In humido enĩ & calore est vita, si q̄
 dem quamdiu Radicale b̄ a s̄amum
 calore & insito spiritu perfusum, à
 materia subtilissima et in aëream q̄
 substantiam attenuata, spiritibus sc̄i
 influentibus, à cerebro ac animalis
 priu-

Substantie
 sensibus nõ
 percipiun-
 tur

Syra: cap: 7
 vers: 1

Marc: ca: 10
 vers: 2

In acciden-
 tali stasi cor-
 poris Sani-
 tas est

Sanitas est
 primo ortu

Temperies
 duplex

substantia
 b̄ a s̄amum

priu-

A
Unde spiritus influentes oriuntur
principio, Corde vitalis promptuario, Hepate naturalis officina, per totum corpus transmissis, facultatum vehiculis foventur, tamdiu Anima Corpori alligata manet, & eo corpore ac organo vivit.

Sanum hoc animale corpus, ob facultates, ab anima quae ἐτελέχθη σώματι. Φυσικῶν ὀργάνων ἐστὶ, una & ubiq; tota, immediatè productas, & singulis, minutissimis etiam, corporis particulis insitas, convenientes edit actiones, quas facultates actionum causas cum Medicis in naturales vitales & animales distepscimus, quarum in subsidium, sapientissimus Deus, Res ut Medici vocant, non naturales, comparavit.

Tres facultates Animæ non naturalibus rebus ac quæ res spiritus suppeditant conservantur
Naturalis enim facultas cibo & potu, debitæq; eorum retentione & excretionem; vitalis aëre & animi accidentibus; animalis somno ac vigilia & motu ac quiete conservatur, hacq; ratione individuum non modo ad tempus sustentatur, sed & species ipsius propagatur. Merito ergo quantum humana in hac fragilitate concedit ratio, quale partium Hominis unitarum, ab Anima ac proprium suum domicilium inhabitatarum regimen sit, singularum istarum facultatum actiones & operationes enucleando, enarramus brevissimis.

Naturalis facultas
Naturalis facultas in specie (omnes enim naturales) sic dicta, sanguinem spiritu naturali refertum, in primario actionis sue viscere, Hepate scilicet: producit, quo universas corporis

B
ris partes obinnatam ipsis attractricem concoctricem retentricem et expultricem vim, nutrit, & ad tempus auget, & se alimentorum, cibi & potus, suavitate oblectat, quibus etiam quod à corpore diffluxum resarcit.

Nam alimenta εὐχρημα εὐπεπτα εὐόρεστα debita quantitate, κόπια καὶ ῥεοφῆσι: ὑγιεῖα, pro-ut fames & sitis, qua tristis oris seu cordis ob nervos circulares ventriculi sunt sensus appetit, ore sumpta à dentibus aliàs modulationi vocis servientibus, vel in edentulis, gingivis dentes obvallantibus effracta, ac ob tunica caloris stomachiq; oris vnitatem saliva persusa, alterata, præparata, motu tam ventriculi proprio quàm lingue ea assidue in ore transferentis, & faucium, per sinistrum os in ventriculū derruduntur & ingeruntur, ac in eo cōtracto & orificijs clauso cōplectuntur, & itādiu detinentur, quousq; prima concoctione in chylum album, pituitane cremori non absimilem, convertantur, q; chymus postea per pylorum in intestina omento sita, propellitur, ex quibus meseraicæ venæ intra mesenterium, quod intestina invicem & dorso etiam alligat, innumera latæ, eo hiantes, elaboratiora exugunt, & ramo mesenterico apportant, ubi radices Lienis crassius adhuc, tenuius verò Hepatis, ille per ramum quidem splenicum, at hæc per porta truncum Pancreati incumbentem alliciunt, & ex eo modo secundæ concoctione sanguinem efficiunt.

Ut Partes alimentata cōcoquant

Cōcoctio 1

Cōcoctio 2

G De

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

Hepar san-
guificatio-
nis instru-
mentum

C

Vegetationis enim organum Hepar ac cuius perenchyma, cum sanguine & spiritum naturalem procreat, & venis virtutem irradiatione quasi laborandi exactius sanguinem (unde chylo v̄ēa meseraica, quod sanguinis portio per eas descendat, rudimentū sanguinis imprimūt) communicant, Cum autem sanguis iste hepatis amplexu calfactus, concoctus, et univer-

Concoctio 3

se membrorum Republice nutritiui destinatus, ex diversis gignatur alimentis, ideo heterogeneus est, ac qui ex sanguine tanq̄ sincero humore, bile, pituita, & melancholia constat, & propterea excessus cuiusdam gratia, cum elementis, anni partibus temperamentis, & etatibus affinitatem inuit. Quamprimum autem venarum extrema ingreditur, conco-

Excremen-
ta actionum
a naturali fa-
cultate de-
pendētium

Excreme: 1
Concoctio-
nis

Excreme: 2
Concoctio-
nis

D

ta truncum ad inferiora mittit; excrementitium autem atram sci. bile per hemorrhoidales venas vel splenis ad renes pertingentes arterias excernit; at Hepar redundantia in cavā venam ablegat, & excrementū flavam bilem, cysta fellis ingerit, et per porum biliarium, cui & ex cysta aliquid affluit, ad duodenum segregat, quae intestina per meatus, facibus alvi permiscetur, & earum excretionem, irritando naturalem facultatē molitur, quae iūm perficitur, cum se cum pondus gravans, animale intestini norum excusitat motum, musculus qui abdominis ad iutus, s̄ hinc tere resolutio, stercorea deponit. Tandem vena etia ut à renibus inutilis liquor qui fluida sua saise line ad extrema sanguinem velere potis erat, serum sc: ac sanguinis excrementum, emulgentium venarum beneficio attrabere permittunt, ex quibus per veteres ad vesicam, in qua colligitur, defluit. Sic in tertia concoctione etiam purificatio adhuc fit, dum menstrua sanguis serdes sudores & alia per insensilem pororum transpiratione secedunt, & expelluntur.

Excreme: 2
concoctio-
nis

Quia autē Vita hominis decursus est temporaneus & verum quod Aristoteles Cap: 18 de vi. et m: dicit: νεότερον δ' ἐστὶν ἢ τὸ πρῶτον κατὰ τὴν φύσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀέρος. Ἰὴρ δὲ ἢ τὸ πρῶτον, ἀπὸ τοῦ τῆς γῆς μέσων. Ideo Homo tandem ad justam magnitudinē succrescit, Au-
Ari-

A

Et hinc naturalis facultatis vi, ac qua maiorem corporis quantitatem efficiendo, plus quam à corpore secessit, ex alimentis apponit. Verum cum esset, qua precipua sunt pars ad quorum augmentum totum augetur, humiditas, à calore temporis defluxu absumatur, & illa ad extensionem inepta reddantur, ut vis ista sopiatur necessum, unde plerumq; ad annum¹⁰ saltem 25 vigere persentiscitur.

Vitalis facultas

Vitalis facultas pro principali viscere Corde utens, spiritus calorisq; influentis vitalis, generativa est, quibus insitum omnium particularum calorem recreat, se naturali sanguine & aëre sustentans, pathematisq; moderatis oblectans. Nam sanguis naturalis spiritu plenus, è radicibus hepatis ad vene cava ascendentem truncum delatus, magna copia in cordis ventriculum dextrum in quem amplo orificio biat, se ingerit, & in sinistrum ventri: per septum cuius gratia etiam subtiliatur, transsudat, ibidēq; virtute cordis attra-

Uti ex naturali sanguine, vitalis reddatur.

Et aëre confunditur, & influente calore spirituq; vitali impregnatur, q postmodū per arterias, ut calor naturalis quantum fieri posset in sua temperie cōferretur, & partes præputredine mumentur & vivificentur, in totum corpus protruduntur. Vnde ut Cor tales edat effectus, perpetuo movetur pulsataq; ac ne ingenti veluti flamma exardescat, sanguis vitalis redditus, ubiq; non modo pabulo sed et refrigerio, aëri nimirū indiguit.

Aëre refrigerium vitalis sanguinis & Cordis ipsius

B

guit. Fertur aërem nēr & manifestō per os nārēs et asperam arteriam respiratione, & insensibiliter per totū corpus pulsu, vtrinq; diastole dilatatione & systole contractione cum intermedia quiete, stimulante necessitate, & facultate idonea instrumenta movente. Nam respiratio fit, dū thorace, beneficio ejus musculorum, dilatato, pulmones vacui fuga etiam explanantur, aërem frigidum inspirando, & eo compresso etiam pulmones contrahuntur, aëre calidum & fuliginosum expirando; Pulsus vero perficitur dum Cor fibris rectis in pulmonibus alteratum aërem per arteriam venalem in sinistrum ventriculū suū diastole attrahit, & systole fibris transversis per magnam arteriam vitalem spiritum, & per eandem venalem arteriam fuligines ad pulmones extrudit, quæ sanè pulssificæ vis in arterijs eque viget, cum ea dilatatione, per orificia pertingentia cutim aërem alliciunt ambientem, contractione vero fuliginosa expellunt transpiratione. Verum non sufficit, ab arterioso seu vitali sanguine fuliginosa ista secessisse excrementa, sed & ut serum sanguinis istius in arterijs vehiculum officio sit sanctū suo segregetur necessum, quod renes per arterias emulgentes præstant. Permiscetur autem ibidē naturalis sanguinis sero, & ex renibus per ureteres in vesicam delabatur, cui si oneri molestum, resolutio ejus spintere, ex ea per uretram effluit, & coctionis

Aër & respiratione & pulsu ducitur

Respiratio ut fiat

Pulsus ut fiat

Excrementa Vitalis facultatis

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

C

Urina quid

Conuenientia & difere-
pantia hujus
facult: cum
reliquis

Vox quid

secunde excrementum urina esse struitur. Hinc vitalis hujus facultatis actiones, & facultati naturali in spiritus vitalis arteriosiq; sanguinis generatione purificationeq; & animali in pulsum affectumq; moderatio- ne, quodammodo participare videtur; at quia Cor peculiare corporis mediū occupans membrum, et spiritus in eo procreati, diversi, sicq; instrumentis & sede à reliquis differentes, merito distincta ea facultas predicatur, que ut diximus aere optimo, ac sine quo ne momentum animal vivit, conser- uatur, & animi pathematibus, sig- dem Cor irascibilis seu Supercidius facultatis sedes, gaudio sc: ira amore tristitia metu &c: afficitur, utq; dex- terius animal degat agitur. Cum autem Vocis actio omnium Anima- actionum ferè principalissima sit, & precipue thoracis viribus adatur, sa- ne intactum preterire non possumus, qn pulchram et jucunditatis plenam divini istius operis, quod sapientissi- mus Conditor, in instrumentis sonum & voce efficientibus adhibuit, contē- plationem consideremus. Formatur Vox, ac significativus sonus, ex sono; sonus ex repercussione in duriusculo asperæ Arterie capite ab aere facta. Nam si efflatu medianibus thoracis abdominisq; musculis expiramus, tum aer iste pparatus in Arteria as- ppera, ad ejus caput durum seu laryn- gem impellitur, magnaq; vi et impe- tu per rimulam angustam glottidem sc: extruditur, ita ut voluntas si no- bis,

D

bis, vocem adendi est, tum musculis laryngis adjuvantibus ad uulā vo- cis plectrum repercussus, sursum fer- tur, & ad palatum dentesq; allidens, lingua ut vox & loquela perficiatur, adjuvatur. Miraculum certe ter- opt. max. Dei in voce formanda, & sermone fundendo, ac que mentis co- gitationum nuncia sunt, nunq; mor- talibus nobis satis pensitandum.

Animalis cognoscens & appe- tens facultas, sensus & motus effectrix est, cujus organon cerebrum p̄cipuū. Conservatur autem somno et vigilia motu et gete, nec non suorum obje- ctorum suavitate eximie reficitur. Nam sanguis venosus & arteriosus per jugularia & carotida vasa sinu- bus infusus, & in eorum ramis per ce- rebri parenchyma sparsis p̄parat, tandem in cerebri ventriculos descē- dit, quorum vi è tenuissima & spiri- tuosa ejus parte, spiritus procreatur animales, qui per medullā in nervos et singulas partes influentes, in orga- nis aptis sentiendi movendiq; faculta- tē exuscitant. Sensus & extrinsecus & intrinsecus est, circaq; qualitates sensiles è realibus, spirituales effectas, occupatur, que si ac objectum per ali- quod medium, organo spiritibus ple- no accōmodo offerentur, tum & re- cipiuntur & cognoscuntur. Hinc ga- virtute objecti per mediū sensus affi- citur, ideo ob receptam in organo spe- ciem seu imaginem ipsa Anima pari- & si illam dyudicat modo agere ob- servatur. Sunt autem exteriorum sen-

Animalis fa-
cultas

Sensus seu
cognoscens
animalis fa-
cultas

sen-

A

Sensu ex-
teriorum
3 Auditus

sensuum quinque, 1 Auditus est, ejus organum Auris, objectum sonus, medium aër & aqua. Nam sonora ex duorum solidiorum corporum collisione excitata qualitas, & vel per aërem vel per aquam sphaericè diffusa, & aure anfractuosa tortuosaq; excepta, ac introsum in angustum collecta delata, acta, in auribus similè sonum causando, sensus potentiam in actum deducit. Quæ primùm enim sonor hic externus aër, in primo antro coarctatus, intronmittitur, myringam impingit, & tria auditus officula movet, internumq; aërem afficit, qui per reliqua antra, nervum spirituum auditivo turgentem attingit, atq; auditionem causat; 2 Visus est, ejus organum Oculus, objectum Color luce illuminat, medium aër vel aqua. In hujus rotundam diaphanam incolatam & crassam Corneam tunicam, species visiles impingentes, in illi humore subjecto aqueo mox refragantur, que refractio in humore crystallino reiteratur, cum per uvæ tunicæ, versicoloris corneam tunicam versus, at crystallinum humorem nigre, foramen, pupillam scilicet: luce clara angustius, tenebriore verò amplius reddi potentem, species ingressa sit ubi ad vitreum tandem humore speciei in unum punctum radij collecti, ipsimet imaginem visui offerant, afficiendo nervum opticum. At crebras per radiorum in varijs diaphanis refractiones, tandem speciem visibilem stabiliri, per specilla sensu specula in qua

ima-

B

imago per aërem lata tenuiorem, ac crassius quid refragatur, declarant. Ut autè plurima videantur, natura non solum capitis motus, sed & ipsius oculi, qui propriorum muscutorum, attolli deprimi ad latera duci & rotundari potis est, ordinavit; 3 Olfactus est, ejus organum nasus, objectum odor, medium aër & aqua. Nam odora qualitas à substantia odorifera, aëri vel aqua circumstanti comunicata, medio eorum ad nares desertur & in ijs coangustatur, quod si superiora versus trahatur, os cribrosum permeat, & mamillares processus (quos ob finem eorum etiam nervos esse agnoscimus) movet. Videtur autem sensus hic medius quasi sensuum, ac qui non nimium à se remota, ut auditus & visus, nec nimium proxima ut gustus et tactus percipit; 4 Gustus est ejus organum lingua, objectum sapor, medium pellicula porosa & imbuta saliva linguam obducens. Nam sapida substantia qualitas, per pelliculâ hanc humidam lingue carnè ingreditur, et in eam diffunditur, quoruscumque nervos ejus species spiritalis gustatorios afficiat; 5 Tactus est, ejus organum membrana corporis, objectum qualitates tangibiles, medium membranarum superficies. Verùm cum membranae undiq; sint, & nil non in corpore membranicum, itaq; tangendi hac potentia latissime patet, et tamen ob spiritalem qualitatum alterationem, quæ uniusmodi in tangibilibus, qualitatibus est, una existit. Un-

G 3

do

3 Olfactus

e Visus

4 Gustus

5 Tactus

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

A

de spiritali tangibilis cujusdam qualitalis specie, membranosa cute, medio epidermidis exterius, vel reliquis membranis interius recepta, illa afficiuntur nervi, per membranas varie dispersi. Ut autē externi hi sensus non substantias aut materiales recipiunt, qualitates, sed saltem sine materia, imagines formas seu rerū species, ita has easdem etiam Sensus interni, Communis scilicet: Phantasia Memoriaque cognoscunt, quorum organum cerebrum est, objectum spiritalis qualitates, medium ipsi externi sensus. Nam quae externi sensus recipere, ea Sensui primo seu communi representantur, à quo & cognoscuntur, & quomodo invicem differant dijudicantur. Centri enim ad quod quing. sensus ac 5 lineae deducuntur, 2 rationem gerit. Unde etiam objectorum privationem seu absentiam percipit, & singula phantasiae offert, quae phantasia diligentius ista examinat diutius retinet, & memoria communikat, cujus gratia, quod praesens non amplius est, repetit, siquidem nil nisi objectum quod externos movet sensus, imaginamur. Memoria ergo à phantasia sensum sibi modo inperceptibili impressa, plurima etiam, semper reservat, & tam fideliter custodit, ut jam longè praeterita iterum apprehendere & sicuti perceptum erat, vel promptè suscipere, vel ex alijs et sic reminiscètia colligere possit. Verum cum id quod caret alterna requie durabile non sit, & illa continua

D

na & irremissibili actione spiritus animales consumi, & sensus defatigari contingat; ideo animali somnus, qui naturalis sensuum maximum Communis cessatio est, ac reflectorium obrepit, dum scilicet ob dissipatos spiritus & salutis Animalis periculum, cum primis aère luce Solis absentia infrigidato, natura rest aurationem meditatatur, revocans interiora versus exterius dispersum calorem ut ejus vigore, suavioribus ex alimentis anathmoses eliciantur, quae ad cerebrum delatae, & in eo illius frigiditate condensatae, decidendo rursus nervorum principia quasi oppleant, & sic ne animales spiritus sensuum organa influant, calor item spiritusque vitalis in cerebrum non ingrediantur impediat, & somnare Animal permittat. Denegatis enim spiritibus, membra concidunt, sensuumque operatio intermittitur, quousque abditus calor, absoluta concoctione & spirituum generatione sese iterum diffundat, & vapores istos, spiritibus liberam pro influxu viam intercipientes discutat, ut ejus gratia Animal expurgescere, & vigil suas operationes reiterare valeat. Sane praestans haec animali concessa facultas cognoscens est, praestantior autem redditur ea facultate, qua hanc sequitur, appetente scilicet: ac quae ob bonum à sensibus receptum & judicatum, Animal vel rotum vel aliquas sui partes de loco in locum, ad prosequendum illud movet. Motus ergo hic spontaneus in

Ut externi sensus, sic & interni sentiunt

Sensuum internorum
1 Communis
2 Sensus

2 Phantasia

3 Memoria

Somnus quid sit & quomodo fiat

Vigilia quid

Motus seu appetens facultas animalis

na

actio

C

Motus appetitu boni su-
scitatur

actum producitur, cum objectum ex-
ternum sensibus exterioribus oblatum
ab interioribus ac bonum (malum
enim ut fugiat appetitui etiam bo-
num) discernitur, et illius amore vel
odio Appetitus incitatur. Nam opi-

Futuri boni
& mali qua-
les affectus

nione boni futuri, spe ducimur, ma-
li at futuri, metu angimur. Bonum
illud si consistit in desiderio, cibi et po-
tus, cupidiarum; rei venerea, libidi-
nis; requiei, pigritie; honoris & glo-
ria, ambitionis; divitiarum, avari-
tie; vindicta, ire in excandescenti-
am odium vel inimicitiam exeuntis
&c. Malum vero si instat & exiguum
est, verecundia; si exactius, timoris;
si perdurat, firmidinis; si corpus con-
cutit, terroris; si mentem percellat,
pavoris; si ulterius procedat, conster-
nationis &c. causa est, Presentis bo-

Quales affe-
ctus boni &
mali praesentis

ni opinione voluptate & delectatione
afficimur, at mali presentis dolore et
agritudine commovemur. Bonum i-
stud cum parvi est momenti, jactan-
tiam; si paulo utilius, gaudium; si ar-
duum, letitiam: hoc, malum, si me-
tem premit, angorem; si cruciat, do-
lorem; si cum labore est, arumnam;
si cum vexatione, afflictionem; si cum
molestia et cogitatione, sollicitudinē;
si cum floru, lamentationem; si cum
ejulatu, moerorem; si cum alicujus in-
teritu, ructum; si cum nulla meliori
expectatione, desperationem; si cum
amici sinistra fortuna, misericordi-
am; si cum inimici prospera fortuna,
malevolentiam livorem & invidi-
am parit. Affectibus his, ac quorum

D

seminaria in corpore undiq; nascun-
tur, cupidinis sc: a pudendis, cupedi-
arum ab orificio ventriculi, iracun-
dia a corde &c: appetit⁹ instigatur,
cui appetitui morigerado, tum ani-
males spirit⁹ per nervos in totum in-
fluentes corpus, facultatem muscu-
lorum motricem exsuscitant, ita ut
musculi pro-ut opus, sese vel contra-
hant, vel relaxent, & ossa quibus
implantantur, cum omnibus parti-
bus adjacentibus transmoveat, idq;
tamdiu quamdiu appetitus expetit.

Ut autem sentiens studijs & virguly,
ita & hac appetens actio agitatione
& motu debilitatur, & propterea ut
illa somno, sic hac quiete, ac salutar-
i therapeia reficillatur, siquidem sal-
tando iquitando gestando ambulando
currendo jactando manuum labo-
re frictione &c: introducta lassitudo
requie abigitur, & in spirituum ex-
haustorum locum, de novo generati
cedunt. Super accedit autem his fa-
cultatibus in Homine longe pstanti⁹
quid, nimirum ipsa Mens seu Ani-
ma rationalis, e qua summa ejus de-
pendet perfectio, & cuius gratia, su-
pra omnes elevatur Creaturas, ac q³

facultatibus succurrit. Nam sensus,
Intellectus; appetitui Voluntas praesentis
est, cum istis antequa fiunt motus,
omnia representatur, ut inde opini-
onum conflictus oriatur, ex quo vi-
ctor tandem motrici imperat facultati,
cui ea libentissime obedit. In-
terim Intellectus, quod sane sum-
moperi admirandum, inoffensus ab

Affectus ut
perficiatur

Quies mo-
tionis reme-
dium

Anima sen-
sus intelle-
ctu, motum
voluntate
perficit

se-

ob-

PINAX MICROCOSMOGRAPHICVS

C

objectis semper manet, nec tam plura ut non & alia cognoscere possit, capit, ac qui in se reflectens, etiam quod seipsum intelligat noscit. Voluntas vero insatiabiliter scientiam & sapientiam, aeternamq; beatitudinem appetit, & entia ab intellectu cognita omnia ut bona perfectissima prosequitur. Etsi vero facultatum harum operationes, cum corporis actionibus nil commune habeant, quia Anima rationalis corporeis non utitur instrumentis; tamen nil in intellectu est, in sensu quod non fuerit; per sensus ergo intelligibilis materia, ut Menti superadditur, necessum. Quare Anima corpori spirituum inferiorum vinculo alligata, circa phantasmata quidem ac objectum versatur, & circa precedentem corporis actionem non intelligit, & sic organis ante propriam actionem opus habet; Per se autem ipsam si operatur, organis sane indiget nullis, & verè corpori undiq; et singulis ejus partibus indivisa insidet, & per accidens modo phantasmatis uti, & in cerebro locum habere dicitur. Quamquam inpersecrabilia miranda hæc Dei in Homine opera vix primis degustemus labijs; attamen ex qua hac notitia ipsam nos inspicisse Deitatem censemus, maximè dum omnium mirabilissimam insuper, quam suam Homo speciem perpetuat, actionem, ipsam scilicet generationem perpendimus.

De hujus generationis operatione Sap: Rex Salomon sapientissimè

D

omnium Sapientia 7 versibus 7 prioribus differuit. Nam Omnipotens Humana Fabrica Author Deus, Proroplasta primus non ferruicò & casu, sed syzygia maris & feminae, Hominem generari voluit, & propterea ipsos sollicitos servidi Proles amoris stimulos implantavit, & instrumenta maxime delectationis illecebre idonea concessit, quo istis & suavioribus storgis, & titillationibus jucundioribus impulsu & incitati, nisi & conamine omni, in speciei propagationem incumbere teneantur. Verum in utroq; sexu genitale semen, ex alimentis quasi in tertiam concoctionem usq; (unde & virtute & mole à toto delabi corpore rectè censetur) alterantibus tam minimis crispatis revolutis vasibus, quam glandulosa testium & parastatarum substantia concoctis spirituosiusq; redditus, produciunt, & ψυχῆς ἡ σπέρμα ἀποσπασμα, ἡ δεξιῶν ἡ δεξιῶν τῶν καλῶν ἡ δεξιῶν, ἡ ἀναλόγω τῶν ἄσπρων σπέρμα plenum, & fecundissimum totum Hominem Anima & Corpore produciendi, & sic simile animal generandi aptissimum verè est, siquidem semina hæc in utero clauso mutuo coalescentia, & aliquot dierum spatio fermentata, tenui obducuntur tunicala, & proxima scetus principia efficiuntur, quæ ob anime mirè intus latitantem διαστικὸν λόγον, mox stamina et filamenta embryonis

Voluntas

Natura Animæ quæ

Actio generatrix omnium facultatum opere perficitur

Generatio utriusq; sexus semen requirit

Semen quid

A
omnes partes representantia causant
ita vt Poëta recte cecinerit, (ni
Sex in lacte dies, ter sunt in sanguine tri
Bis seni carnē, ter seni membra figurāt.

Sanguis mē-
struus quid
Straminibus his indies ab affluen-
ze sanguine menstruo, aliās ad Luna
motum expurgari solito, quia vlti-
ma cōcoctionis per mensem humida
& frigida, muliebris natura causa,
collectum excrementum, augmentū
accedit. Nam Seminis facultates,

Ut ex femi-
nibus fetus
& ejus par-
tes generen-
tur

Anime quæ potentia, essentialiter ei
ad actiones corporis adendas attri-
buita, per spirituosam vim, fermenta-
tatum hoc post conceptionem coagu-
lum, quò quæq; partes fiant, dispo-
nendo, & in earum substantiam in-
